UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi, Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m] patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

Vt episcopus secundum reditum ecclesiarum, numerum clericorum faciat. cxv.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

Visual Library

gratis non tribuunt: quia fauoris nummũ de impenſo officio ſanctitatis expetunt. Vnde cùm virũ iuſtum deſcriberet Eſaias, ait: Qui excutit manus ſuas ab omni munere: quia aliud eſt munus ab obſequio, aliud munus à manu, aliud munus à lingua. Munus ab obſequio, eſt ſubiectio indebitè impenſa. munus à manu, pecunia eſt. munus à lingua, fauor. Qui ergo ſacros ordines tribuit, tunc ab omni munere manus excutit, quando in diuinis rebus non ſolùm vllam pecuniam, ſed etiam humanam gratiam non requirit.

Vt non valeat ſententia epiſcopi, niſi clericorum ſuorũ præſentia firmetur. Cap. CXIIII.

IRrita erit ſententia epiſcopi, niſi clericorum ſuorum præſentia confirmetur. *Ex cõci. Cartha. cap. 23.*

Vt epiſcopus ſecundum reditum Eccleſiarum numerum clericorum faciat. Cap. CXV.

NE paſsim epiſcopus multitudinem clericorum faciat, ſed ſecundum meritum, vel reditum Eccleſiarum numerus moderetur. *Ex cõcil. Spalenſi, cap. 1.*

De epiſcopis peregrinis. Cap. CXVI.

DE epiſcopis peregrinis qui in vrbem ſolent venire, quos veraciter epiſcopos ſcimus eſſe, placuit eis locũ dari vt offerant. *Ex cõcil. Aralatenſi cap. 20.*

Vt leuitate vagantes epiſcopi, ad propria redire compellantur. Cap. CXVII.

CVm ſacerdotis dignitas aliis videatur dignitatibus eminere, ita quiſquis ea ornatus eſt, cunctis ſe imitandum debet oſtẽdere, vt exemplo ſui nulli nocere, ſed vitam potius valeat componere ſubiectorũ. Nam ſi actus diſſentiat à nomine, quanto pontificatus ipſe plus erigit, tanto magis abdicit. Itaque Menatem quendam epiſcopum, qui illuc de diœceſeos noſtræ ordinatione profectus eſt, in tanta ſe leuitate didicimus exhibere, vt & nobis de eo maior ſit verecundia, & illi epiſcopatus nomen non ſit in honore, ſed onere. Quod quia pudori nobis eſt, de eo illa cognoſcere, quæ in aliarum prouinciarum omnino reprehendimus ſacerdotibus, fraternitas veſtra eum illic immorari amplius non permittat, ſed ad nos quantocyus reuerti compellat. Ac magis inuenta per omnia occaſione tranſmittat, vt ſub ea qua dignum eſt obſeruantia refrena- *Ex regiſt. Gregor. papæ, ad Siagrium epiſcopũ Auguſtudunũ, cap. 122.*